

Philipp Hartmann Johannes Reichel

## **Disputatio Politica De Magistratu Civili**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72959369X>

Druck Freier  Zugang



*J. Hartmann (J. Reichel)*

*R. U. phil. 1638.*



49

DISPUTATIO POLITICA  
De  
MAGISTRATU  
CIVILI,

*Quam*  
Divino adspirante auxilio  
*Indultu Amplissima Facult. Philosoph. in Inchyta  
ad Varnum Academia*

SUE PRÆSIDIO  
M. PHILIPPI HARTMANNI,  
Lub. Lufar. S.S. Theol. Stud,

*Fautoris sui plurimum honorandi; publicæ  
ventilationi subijciet*

JOHANNES Reichell / Angerburgo-  
Prussus,

*In Auditorio Maiori horis antemeridianis  
ad diem 30. Junij.*



ROSTOCH J,

*Typis NICOLAI KILII Academ. Typogr.*

ANNO DC. XXX IIX.



*Nobilissimis, Consultissimis, Prudentissimis*

*VIRIS*

**Dn. JVDICI, PROTOSCABINO,**  
Cæterisq; SCABINIS Amplissimæ Reip.  
Palæopolitanæ in Regio Porufforum monte

*Admodum Reverendo Clarissimo ac Doctissimo*

*VIRO*

**Dn. M. MARTINO WOLDE RO,**  
Ecclesiæ Paroch. Regiomont. Prufforum.  
Diacono vigilantissimo

*Ut Es*

*Spectatissimo ac Integerrimo*

*VIRO*

**Dn. JACOBO Kreuzschner / Civi**  
ac Mercatori Veteropp, primario.

*Dn. Dn. Promotoribus ac Mecenatibus suspiciendis*  
*Hanc suam Disputationem politicam in debita*  
*observantia signum consecrat*



**JOHANNES Reichell /**  
Angerburg. Poruffus.  
Author & Resp.



ΣΥΝ ΘΕΩ.

**M**agistratum in orbe, nil aliud esse, quam animam in homine, Solem in caelo, & quibus sublatis, sicut homo nil nisi lapis & truncus, caelum & totum hoc expansum, nil nisi corpus in anime & Systema caecum, sic sublato Magistratu totum orbem nil nisi corpus inanime, meram aταξίαν & cyclopicam barbariem esse, vel ipsa testatur experientia; Nos ergo materia hujus necessitate ac gravitate ponderata opera pretium duximus eandem incuadi placida Academiae collationis subijcere; Rem autem ipsam methodo quoad fieri poterit brevi juxta ὀνομασολογίαν & περὶ γυμνασολογίαν, inclusis questionibus ad quodlibet tractationis membrum pertinentibus, pertractabimus;

Tu vero Summe DEVS actiones nostras dirige captusq; favore honestis.

THESIS. I

**O**nomatologiae seu nominis consideratio absolvitur explicatione Etymologiae, Homonymiae & Synonymiae.

S. 2. Etymologiam quod attinet, deducitur vox Magistratus ab antiquo verbo Magistrare quod idem est ac regere moderari, gubernare, hinc etiam Magister, quo titulo Dictatores apud Romanos & qui supremam potestatem gerebant insigniebantur, & adhuc hodie in civitatibus qui rerum gubernacula tenent, germanice Bürgermeister dicuntur, quasi civium Magistri hocce etiam titulo donantur. in Academiae ij quibus summus in Philosophia honor Conferatur, quod regere & gubernare alios debeant docendo & informando.

S. 3. Est autem Magistratus vox homonyma, sumitur enim vel Abstrya-

Est pro ipso officio & potestate civili à Deo ordinata; vel concretè pro ipsa  
persona officio illo ac potestate fungente, & hæc significatio est hujus lo  
ci propria.

§. 4. Variis præterea ut ad Synonyma redeamus Magistratus in  
signitur nominibus cum in sacris pandectis tum in scriptis profanis,  
in sacris (omissis cæteris) appellantur מַגִּיסְטְרוֹת à libertate spontanea  
tum quod Spiritu Spontaneo ducantur, tum quod liberalitas propria  
Principis dos dicatur. מַגִּיסְטְרוֹת quod in eos potestas à populo collata  
fit, dicuntur etiam Dij. Exod. 22. v. 8. Psalm. 86. v. 6. propter officium  
quod gerunt divinum, vocantur etiam *Μαγιστρες* Marc. 6. Apoc.  
6. à *μαγισ* & maximum denotans, eo quod Autoritate sapientiâ  
& gravitate cæteros omnes præire debeant, ut notat. D. Echard. in  
tractatu de Magistratu. In scriptis profanis nominantur, Reges à Re  
gendo, Imperatores ad Imperando seu imperio. Principes quasi pri  
mi seu Puæcipui, ordine, Autoritate & dignitate, Judices à Judicandi  
officio, Ordinatores, Inspectores, Custodes, benefactores &c.

§. 5. Viso nomine rem ipsam Magistratus eamq; quoad existen  
tiam, quod sit, & essentiam seu quid sit, perpendemus.

§. 6. Existencia firmissimis & naturæ & sacra scripturæ argum  
tis adstruitur: in Natura ita comparatum & constitutum esse vide  
mus, ut in in omni cætu ac societate Rector & Gubernator aliquis sit,  
ipsa enim mutiplex rerum distinctio in omnibus mundi partibus pa  
rendi hanc & Imperandi diversitatem arguit. In Corporum univer  
sitate corpus cœleste reliqua moderatur, animantia bruta regit ani  
mal rationale; hominem ipsum diviniior anima. Præter has omniū  
sanorum calculo approbatas rationes multifaria nobis sacer codex  
suppeditat testimonia, sufficiant pro tempore sequentia hæc, Gen. 9.  
dicitur quod qui sanguinem humanum effuderit, illius sanguis iterū  
fundi debeat, scilicet per quem hominem Deus ordinarium Magistra  
tum Politicum intelligit. Deut. 16. v. 6. Moyfi Dominus dicit: Judices  
& Magistratus constitues in omnibus portis tuis, ut judicent populū  
justo judicio, 2. Reg. 6. Dominus, inquit David, præcipit mihi ut essem  
Dux super populum Dei in Israel, Rom. 13. Johan. 19. de superâ Deo  
esse potestatem dicitur.

§. 7. Hic quaeritur. *An homo Christianus in N. T. Magistratum*

gere.

gereſe debeat? A. præſuppoſito enim quod Magiſtratus politicus ſit & quidem à Deo ordinatus, indubitato ſtatuiſus homini Chriſtiano functionem politici Magiſtratus competere. Habemus hic diſſentientes Anabaptiſtas qui licet concedant Mngiſtratum in V. T. non hodiè tamen apud Chriſtianos valere contendunt, hincq; argumenta pro Magiſtratus politici ordinatione ex V. T. producta heri, hoc eſt, olim in veteri populo tantum valuiſſe non vero jam T. N. verum non eſt quod hoc obvertant, cum in ſignia hac de re exſtant loca & in N. T. præſertim verò in Epistoſta ad Rom. 13. ubi Apoſtolus præcipit, *ur omnis anima poteſt atibus ſuper eminentibus ſubdita ſit addita ratione quia eſt ordinatio divina, miniſter Dei in bonum Vindex ſive ultor ad iram ei qui male fecerit. quod etiam repetitur 1. Petr. 2. & Tit. 3. imò Chriſtus ipſe mandans dare quæ ſunt Ceſaris Ceſari, ſolvens etiam pro ſe & Apoſtoliæ rectigal Matth. 17. Politicum regimen Deo & religioni non adverſari ſed ſubalternari proſitetur Matth. 22. v. 17. Verum ulterius inſtant obſcipientes nobis dictum iſtud ex N. T. Matth. 20. v. 25. *Principes gentiũ dominantur vos autem non ſit*, ſed nec hac obſjectione nobis officiunt, ſiquidem hoc loco non comparantur Apoſtoli & omnes Chriſtiani cum Regibus profanis, ſed Apoſtoli & ſub eorum perſonis miniſtri Dei verbi cum omnibus Magiſtratibus politicis, loquitur ergò tantum de officijs diſtinctis, & diverſo Eccleſiæ ſtatu.*

§. 8. Eſſentia Magiſtratus explicatur per definitionem, quam Bodinus l. 3. c. 3. v. 434. ejuſmodi ponit: *Magiſtratus eſt officialis juridi- ctionem & imperium in ſubditos exercens*. Nos ex alijs Politicis probatiſſimis hanc damus: Magiſtratus eſt perſona publica divinitus ad rerum civilium, juxta æquitatis & juſtitia regulam, adminiſtrationem ordinata ut tranquillitas & diſciplina tam publicè quàm privatim cõſervetur turbatores vero coerceantur.

§. 9. Circa hanc definitionem enotanda nobis veniunt, 4. ſubjectum, cauſa efficiens, Objectum & ſinis.

§. 10. *Subjectum politica adminiſtrationis in definitione diximus eſſe perſonam publicam*, quæ non in diſcriminatim ad officium hoc arduum & ſublime eligi debet, niſi habito reſpectu ſexus, ætatis ac vitæ integritatis, nulla enim habita ratione perſonarum præmia & honores conferre non ſine maximo Reip. damno & ſummæ imprudentiæ



nota fieri potest, Honor enim est virtutis præmium, hinc quid iniusti foret quam beneficia paria, honores & dignitates promiscue tribuere, nobili, plebejo, docto, indocto, Viro, Mulieri, Seni, Puero.

§. 11. Hic quaeritur, 1. *An mulieres ad imperij fastigium crebendæ Neg. ad potiorem enim & natura & lege capacem deferri debet Magistratus, est autem is teste Arist. l. 1. pol. 5. masculinus, (nisi regnum sit successivum, in quo consuetudo est succedere) Mulieres etenim animi & corporis imbecillitate laborant, injuriarum tenacissima sunt, imò Regnum hæc ratione ad peregrinos defertur, hinc Alexius Comnenus apud Niceam noluit filiam præferri filio, hisce habitis ad Reginam verbis: *O mulier lecti mei particeps, non ea suadeas qua filiae tue grata sint ut ordo laudabiliter instituitur non turbetur, considera an ullus unquam ex superioribus Romanorum Imperia quum filium Imperio idoneum haberet eo neglecto genero prætulit; Et si tale acciderit pro lege habendum non est, præsertim a me ut Germano filio repudiato Macedonem, in solio collocarem.**

2. *An juvenes ad gubernacula publica admitti possint?* Neg. uti enim sexus sic etiam maximè ætatis ratio in mandandis Magistratibus spectanda, Adolescentibus ergo & pueris ob judicij & rationis defectum, usus & exercitationis carentiam Magistratus publicus non committendus, annorum enim multitudo sapientiam docere dicitur Joh 32. Ecclesiast. 25. v. 8. cantum etiam erat apud veteres ne quis caperet Magistratum neq; esset in senatu minor annorum 30. Verum hoc non promiscuè intellectum volumus, sed de ingenijs tardioribus cum dentur exempla ubi non pauci in adolescentia sua plus quàm alij in Virili ætate præstare potuerunt; Hinc & Machiavell. l. 1. de Resp. c. 6. Novimus inquit, *Cives Romanos nullà habita ætatis ratione, aut generis sed unius virtutis respectu, siue illa in juvenibus siue in senibus esset; ut autem ad insignem Magistratum quempiam eligatur juvenis, necesse est eum insigni aliquo virtutis specimine populo innotuisse: quo in juvenili homine senilem prudentiam demonstraret; quare ita constituta & concessa eo, quod juvenis cum sit, tamen virtute singulari excellat: perniciosum esset institutum si ob ætatem non liceret ei, virtutem suam in Reip. usus conferre: Sed expectandum foret, donec animi Vigor ille consensesceret cum ipso corpore nec Reip. in ea ætate prodesse posset.*

§ 12. Ex-

§. 12. Explicato subjecto subsequitur causa efficiens, quæ vel est procreans, vel conservans; illa est vel primaria vel secundaria, de prima, verba illa: *Divinitus ordinata*, in definitione intelliguntur, ut enim omnis boni sic & Magistratus Author est Deus; quod vel è sacra scriptura probandum, probamus etiam paucis hisce emultis selectis: Dan. 2. v. 21. 2. Paral. 19. 16. Respicit huc etiam titulus ille Principum: Nos per Dei gratiam; quo semper in memoriam sibi revocent et inentiam seu potestatem istam non humano aliquo fastu & propria virtute aut ambitione consecutos esse, sed solius Dei gratia et beneficio in gradum istum collocatos esse, ut quicquid agant, officio suo fungentes sciant se Dei loco id agere;

§. 13. *Secundaria causa sunt homines quando q̄ Magistratus potestatem concedunt*, à quibus ceu instrumentis dependet at exercitium majestatis non per manenter, ubi tamen ratione differentiarum rerum publicarum respectus habendus & personarum & imperij.

§. 14. Fit autem constitutio hæc Magistratus vel ordinariè vel extraordinariè, ordinariè fit per successionem & Electionem.

§. 15. *Successio est modus constituendi Magistratum ordinariè per quem Magistratus prædecessori vitam defuncto succedit aliis;*

§. 16. Fundamentum successionis est. *Quale jus habuit antecessor tale & successor nisi aliter cautum sit;*

§. 17. De varia divisione successionis vid. Groc. de jure pacis & belli l. 2. c. 7. de derivativa successionis quæ fit vel venditione, vel oppignoratione vid. idem d. l.

§. 18. *Electio est ordinariè imperium demandandi modus per quem Magistratus à subditis rectè & ritè eligitur, quod fit à certo ordine cui electionis potestas est commissa, & quidem vel à Magistratu superiori ut Vasallus à Principe, vel ab Inferiori, ut ab Electoribus Imperator Romanus, à Cardinalibus Pontifex Romanus, à militibus Imperatores Romani olim electi fuerunt.*

§. 19. *Est autem electio vel voti liberi vel restricti*

§. 20. *Voti liberi electio est suffragatio in personam quamcunq̄, quæ ad obtinendum Magistratum videtur esse idonea, sive ea sit ejusdem sive diversæ conditionis aut nationis, hæc libertate usus esse Romanos, qui Cincinnatum Dictatorem creatum ab aratro trahebant in urbem docet Schonborn, l. 2. pol. c. 2.*

S. 28. V. 93

§. 21. *Voti restricti est illa quæ certis limitibus est circumdata, casus spectat certas & determinatas personas & leges, hæc electio sancta est in Aurea Bulla Caroli IV. ubi nullus alius nisi sanguine sit Germanus designatur v. Reinking. lib. 1. cl. 3. c. 4. neq; ratione caret. Cum enim propter virtutem & fortitudinem Germanorum in personam Magnifici Caroli ad Germanos translatum, imperium indignum esse sit aliunde quærere regem &c.*

§. 22. *Extraordinaria Magistratus constitutio fit quando vel fortitione imperium ad aliquem devolvitur, quod tamen nisi urgente necessitate fieri non debet, ubi eligendi sunt pares genere, virtute & opibus; vel quando jure belli Imperium aliquod à Magistratu occupatur, armis justis, justà ex causa susceptis; fit autem occupatio jure belli; Si Imperium nullius sit, nullum discrimen honestorum & turpium & si de relictum sit.*

§. 23. *Causa conservans, explicatà procreante, est dispicienda, quæ sunt Disciplina, Censores Consultatio, Leges, & Arma;*

§. 24. *Sine Disciplina enim nil valent leges nil arma militum, nil Consilia, recte Arist. 1. 9. Eth. c. 9. Κράτις οὐ μὲν ἔν γινέσθαι κοινὴν ἐπιμέλειαν καὶ ὄφελον, præstantissimum est ut cura publica & recta habeatur, ne cyclosum more vivamus.*

§. 25. *Censuram etiam in signis utilitas à Politicis præfertur in Bodino commendatur; Hi enim inquit, non solum publicè ærarij custodiam, sed etiam morum castigationem obtinent sibi commissam, qui omnibus Civibus seipos quasi normam bene temperanterq; vivendi & ad intuentum & imitandum præbere debent, omniumq; mores ad virtutem & verum decus conformare, quo nihil inquit præterea admirabilius in ulla Civitate fieri potest l. 6. C. 1. de Rep. Hinc omnium flagitiorum, improbitatum luxus, Duelli prohibitio, de hoc videlicet Duello, placuit historiam annotare ex Thuano l. 3. p. 59. Magna & atrox inter duos & præcipua nobilitate juvenes rixa exarsit, Vidum Cabotium Jarnacium, & Franciscum Vivonum Castaneum: cumq; Carbotius gravi neq; ferendo probro ab adversario oneratus mentiri illum dixisset, qui modus revincenda injuria injuriosus est, nec nisi certaminè aleâ expiari potest, ad Duellum res perrexit, permittente Henrico, magnoq; theatro Rege Spectante & pro-*

veribus pugnatume st. Castaneus autē qui injuriose Cabotium provocasse ab  
omnibus credebatur certaq; victoria fiducia superbe se hactenus gesserat,  
succubuis; acceptoq; in poplite ictu, cum sanguinem sibi à Chyurgis fi-  
sti & vulnus obligari non pateretur, accedente ad hac viæ tædio, mox de-  
cessit; Ex quò Rex quod præter spem ac opinionem occidisset tantum ca-  
pit dolorem ut se nunquam in posterum in duella consensurum religiosis si-  
mo sacramento obstrinxerit; hæc regni funesta auspicia in funestum exitu  
se finem à multis observatum est, REGE IPSO, qui in serium certamen cõ-  
senserat, quod minime debuit, IN LUDRICO CERTAMINE inter plausus  
& letitiam publicam postea OCCISO.

§. 26. Consultatio est ratiocinatio de medijs quibus ad finem perve-  
nimus, quorum omnia in specie percurrere non est nobis animus.

§. 27. Consilia aliorum non debent aspernari; Consiliarii sine  
viri prudentes &c, ante omnia opem diviniam implorent, à Deo enim  
diriguntur consilia in Consilij, Salust. in Conjurat. Catilinar; Omnes  
inquit, homines qui de rebus dubiis consultant ab odio, amicitia, ira atq;  
misericordia vacuos esse decet, alius animus verum non videt; Media sine  
honestâ, aurea libertas contra differendi nemini adimatur.

§. 28. Leges & arma a deo Magistratui sunt necessaria ut sine his  
Magistratus firmus ac tutus esse nequit Christ. Math. Disput. 2.  
pol. §. 26.

§. 29. Sunt autem leges vel Naturales vel Civiles.

§. 30. Naturales sunt hominum cordibus in scripta, sine quibus nullo  
hominum vixit, ut colere parentes, injusta non facere;

§. 31. Civiles sunt inter Magistratum & subditos aliasq; politicæ  
salutantur, & potius huc spectant, suntq; instar trutinæ & normæ secu-  
ndum quas Magistratus & non secundum affectus aut præconceptas  
opinionones omnia dijudicare debet, & ita definiuntur.

§. 32. Leges humanae sive politicæ sunt præceptiones quaedam recte  
rationi & sacrae scripturae conformes jure civili cõprehensæ, obedienti-  
bus præmium, transgredientibus pœnam statuentes, quò in Civili so-  
cietate quam beatissime vivatur.

§. 33. Ast lex nil est nisi ejus accedat executio hæc enim carens lex  
inquit Althus. l. pol. c. 29. est quasi campana aut nola sine pistillo &  
quasi Magistratus mutus aut mortuus, Lex est persona muta indicat

B

qui

quidem quid fieri aut non fieri ab hominibus debeat, non tamen ipsa facit vel exequitur, ergo executionis hujus faciendæ gratia constitutus est Magistratus, ut sit lex vivens, minister & custos legis mutæ.

§. 34. Legis autem executionis species est justa & legitima justitiæ administratio ( de opposita injusta administratione in seqq. ) quæ fit, quando Magistratus in distributione sive præmiorum sive p. narum & commutatione suum cuiq; secundum iustitiam distributivam & commutativam tribuit.

§. 35. Hactenus de legibus, sequitur ut etiam aliquid de armis cu ultimo Reip. requisito dicamus.

§. 36. Armis semper opus habet Magistratus, si vult pacem, concordiam, imò Remp. conservare & tempore pacis & tempore belli.

§. 37. Tempore pacis cives in peritia bellandi sunt instruendi & in militaribus exercitijs exercendi; Nemo enim facile metuit quod se benedixisse confidit. Nam facile, ait Plauto, eæ civitates ab extraneis evertuntur, quæ profus arma deseruerunt exempla in sacris vide & Salomonis 1. Reg. 4. 2 Cron. 1. & Davidist. Sam. 1. 1. Sam. 1.

§. 38. Tempore belli arma ad injuriam depellendam vel vindicandam pacisq; retinendæ & assequendæ ergo adhibenda, contra hostes, eosq; qui nec provinciales regnicolæ neq; foederati sunt Regno seu Reip, sed in alieno vivunt regno, & quibus bellum legitime à nobis est indictum, vel qui nobis bellum indixerunt, aut hostiliter nobiscum agunt, & usus iste armorum sive defensio nec juri naturæ nec divino ad versatur, quoad prius enim omnia animalia simulac nata sunt in sui defensionem impetu naturæ feruntur juxta illud Horatij: dente lupus cornu taurus petit, quoad posterius constat ex sacris de Abrahamo quod cum ministris ac foederatis suis armatus victoriam reportasset, Deus per sacerdotem suum Melchisedechum factum ipsius his verbis probavit: *Laus sit Deo altissimo qui tradidit hostes in manum tuam* Gen. 24. v. 20. infinita alia lubentes præterimus exempla.

§. 39. Nec tamen facile, nec temerè bellum suscipiendum nisi Major spes emolumenti quam damni metus imprimis ob ancipites belli casus. Arist. l. 9. Eth. c. 7. inquit, πολεμεῖν ἢ εἰρηλῶ ἀγαγεῖν bella gerimus ut pacem agitemus; εὐδεις γὰρ αἰρεῖται τὸ πολεμῶν τῷ πολεμεῖν ἕνεκα videatur enim sanguinarius quidam esse, lamen-

mentabile hac dere extat exemplum apud Nicetam l. 5. *Manuel. o Commeni Imperatoris*; qui rebus ad expeditionem contra Sultanum necessariis preparatis, magnum templum Constantinopoli ingressus numinis operumplorat & victoriam, orat atq; non impetrat nam causa erat bellandi iniusta, hincq; multae myriades capitum Romanorum tum temporis fuerunt occise, reportata à Turcis victoria.

49. Egimus antea de iustitiæ ad ministracione legitima sive iusta necesse ut de eius opposito etiam aliquid dicamus quæ iniusta alias & Tyrannica dicitur.

§. 41. Est q; quando Tyrannus in legibus Reip. fundamentalibus evolvendis ac tollendis occupatur, ac consociati universali adversus iustitiam ac pietatem adversatur.

§. 42. Est autem Tyrannus in duplici differentia, alius cum titulo, alius sine titulo.

§. 43. Tyrannus cum titulo dicitur ù qui quidem legitime constitutus est princeps sed tamen Tyrannicè administrat.

§. 44. Tyrannus sine titulo dicitur is qui viscelere vel malis artibus sine ullo electionis vel successione titulo aut belli iusta Causa Remp. invasit; illi ut Magistratui leg timo non est resistendum, huic vero omnes & singuli patriæ amantes optimates ac privati resistere possunt & debet, exemplo Althalie Reginae 2. Reg. 11. Cron. 23. & Abimelechi a muliere interfecti Judic. 9.

§. 45. Hic quaritur. 1. *An electio an vero successio preferenda?* Aff. prius, utramq; quidem Reip. utilem ac necessariam esse concedimus, habita ratione consuetudinis loci, ubi si successio probatur nostrum non erit improbare, comparativè tamen loquendo pro electione pugnandum statuimus hisce motivationibus 1. enim electio longè antiquior successione, nulla potuit esse successio, nisi antea aliquis fuerit electus in cuius locum postea alius succedere possit; 2. imperium optimo ac dignissimo tribui oportere ipsa natura docet Bodin 6. de Rep. c. 4. jam vero electio optimum quemq; invenit, Tac. 1. Hist. cum in successione quemcunq; & cuiuscunq; e conditionis seu ingenij nasci nobis contigerit admittere cogamur Tholos 7. de Rep c. 15. hinc Alexander M. in agone interrogatus quem sibi succedere vellet non de fratre Arideo nec de Hercule filio respondit sed dignissimum sibi succedere iussit. Velft. dec. 7. pol. 9. Sic superiori ætate Transylvaniae Princeps

Bethlehem Gaber non fratrem sed modo imperantem Principem Ragotzi post mortem ad imperium admittendum esse suasit; 3. Virtus semper certior ductrix est quam natura, quæ nulla habita ratione stirpis sua distribuit dona, electio vero fit secundum virtutem. 4. per electionem Reip. libertas magis stabilitur, possunt in futuris principibus conditiones præscribi, quibus consentire oportet, antequam recipiantur;

II. *An hæreticus succedere possit?* Aff. Nisi aliter cautum sit, Thuan. l. 106. p. 1232. *De principatibus discernere ad solius Dei omnipotentis jurisdictionem pertinet; Nam Principes verbi Divini efficaciam & moderatam adhortatione melius quam vi plerumque, Ecclesie exitiosa inflecti & ad mentem bonam reduci possunt, huc referatur nervosissima & principis Majestate digna oratio Henrici III. Regis Galliarum Thuan. l. 97. p. 740. Ita sibi persuadeant, non Regni Francia imo nec totius terrarum orbis imperium tantum apud me esse, ut eorum querendorum causa à religione quæ à teneris annis, tanquam cum lacte matris imbibi, defecere & c. Præterea apud vos perpendere quam durum & acerbum mihi, quod Rex vester sim, & liberam vobis religionem relinquo, esse debebat, quosdam inter vos ex infimo ordine esse, quo inconsiderate me ad frivolæ opinionis suas vi cogere conentur, id quam æquum sit non solum vos sed universos regni ordines iudices facio.*

III. *An magistratus solutus sit legibus* Dist. non intelligenda est hæc quaestio 1. de legibus Divinis, ijs Magistratum superiorem esse dicere cavendum, custos earum debet esse non violator, alias Divinae Majestatis erit reus; nec 2. de legibus naturæ has enim nunquam licuit populo violare, Schonborn. l. 3. pol. c. 5. E. nec magistratui nisi contra naturam, exemplo Neronis Matricida Caracallæ fratricida, Augusti, Tiberij, Vitellij Sodomiam approbantis turpia & scelestia velit approbare. Sed 3. de legibus civilibus & positivis quæ à Magistratu & ejus arbitrio originem trahunt, harum cum ferendi & abrogandi potestatem habeat solutus esse dicitur, hinc nec privilegia nec leges Magistratu mortuo vim suam ac robur retinent, nisi successorum autoritate confirmantur, vel tacito consensu approbentur. Liebenthal. Disp. 8. q. 2. observandum tamen hic etiam quod Principes quidem absoluti à legibus civilibus non tamen fundamentalibus sed privatis & quidem ratione coactionis non honestatis.

IV. *An iudex secundum conscientiam an vero secundum acta & probata*

*batà judicare debeat ?* Aff. utrumq; à multis quidè tam Theologis quam Jētis quæstio hæc in dubium vocatur, quidam enim secundum acta & probata quidam secundum conscientiam judicandum esse opinantur, nos vero cum Excellentissimo Domino Schüs/J. U. Doctore ac Academiæ hujus Professore dicimus: secundum conscientiam & secundum acta ac probata judicare sibi non contrariari sed subordinari, & utraq; bene stare posse, res enim talis quæ est contra conscientiam non est probata, ideo enim instituntur probationes in judicio, ut judex in veritate rectè informetur: Si vero probationes certæ suæ conscientiæ non correspondent, sequi eas non tenetur quia hæc ratioe veritas corrumpetur. Dunt Caf. Consc. de Mag. pol. sect. 3. q. 8.

V. *An bellum Christianis liceat gerere?* Aff. Summa pro dolor! temporibus hæc nostris imminet bellorum difficultas & non tam verum quam verissimum illud Virgilij:

*Sævit mediò in certamine Mavors,*

*Calatus ferro tristesq; ex æthere Divæ,*

*Et scissâ gaudens vadit Discordia pallâ,*

*Quam consanguineo sequitur Bellona flagello.*

Sicut fera in sylvis, in fluminibus pisces, in aëre volucres à robustioribus devorantur: ita potentum injuriis inferiores sunt expositi Jun. pol. part. 2. q. 67 Quibus injuriis num etiã Christianis apprehensis armis resistere licitum, quæritur, An baptistis contrarium placet, aut frustra; Si n. Magistratus Christianus justam belli causam habeat, & aliter Reip. consulere non possit, tunc secundum Dei n. datum ac sanctorum virorũ exempla scilicet Mopsis, Josuæ, Gideonis, Davidis &c: salva conscientia bella gerere potest.

§. 48. Explicatis causis succedit Objectum in quo administrando Magistratus Politicus & imprimis summus occupatur.

§. 46. Suntq; vel personæ vel res.

§. 47. Personæ sunt vel ipsi Majestati subjecti vel non, (est.

§. 48. Subjecti & cives vel Indigenæ vel Advenæ quorum officium

§. 49. 1. Obedientia, Nam omnis anima sit subjecta potestati superiori; extendit se autem hæc obedientia 1. ad omnes subditos qui vel eminentioris ordinis ut Conjux soboles Regiæ, vel Aulici, Ecclesiastici seu Clerici qui à jurisdictione civili quoad personas non sunt exempti; Nobilitas, ubi vel virtutes vel honores vel familiæ splendor

B

der



dor attenditur: 2 ad omnia etiam injusta non autem ad ea quæ contra Deum aut conscientiam;

§. 50. 2. Alterum subditorum Officium est Reverentia; verbis enim, gestibus, intimo animi affectu & precibus non desistant orare pro salute Principis, imò supplicæ ferendæ sunt Magistratui.

§. 51. Personæ Magistratui non subjectæ sunt exteri ijq; vel privatæ vel Principes. Resp. quomodo amicitia cum his sit colenda, fœdera pangenda &c. agere non possumus.

§. 52. Tantum de personis sequuntur Res quæ vel sunt in dominio alicujus vel non

§. 53. Quæ non sunt, sunt vel sacra, communes vel publicæ

§. 54. Reliqua in ejus potestate sunt.

§. 55. Pertinet autem ad Magistratum cura & dispositio negotiorum Ecclesiasticorum non vero administratio, hæc siquidem ad Ministrum Ecclesiæ devolvitur, consistit autem illud.

§. 56. 1. In cultus divini ac veræ religionis propagatione, sincerus enim Dei cultus ac metus in Rep. est omnis felicitatis publicæ & privatæ causa, fons & origo, contemptus è contra Dei omnis infelicitatis & mali causa Althus. pol. c. 28. *hinc Magistratus jubetur Deum colere leges ejus servare Deut. 17. 19. Jos 1 v. 8. E. Magistratus ipse etiam scripturam debet legere & intelligere.*

§. 57. 2. In ministrorum idoneorum constitutione & vocatione, non enim à jure vocandi pastores Magistratus excludendus, quoniam hoc ipsi competit, & ratione personæ, cum sit membrum Ecclesiæ, & quidem præcipuum, & ratione officij, quia est Ecclesiæ nutritius & utriusq; tabulæ divinæ custos institutus à Deo *Hinc Salomon sacerdotes selegit & Levitas 2. Par. 8. v. 18. plura exempla vide 1. Reg. 2. v. 35. 2. Par. 17. 8. & cap. 19. 8. 2. Par. 29. v. 5. & cap. 35. v. 2. 2. Reg. 17. v. 27.* non tamen Magistratus sibi soli jus vocandi vendicet cum ad totam Ecclesiam pertineat

§. 58. 3. Scholarum fundatione, sunt enim hæ bonorum & piorum civium officina, & seminarium quo purus Dei cultus conservatur & ad posteros transmittitur, Doctores Ecclesiæ donei nunquam habet, possent nisi prius in Scholis rectè instituantur, & quo hoc eo melius fiat Magistratus Scholarum curam habeat diligentem, prospiciat docti-

entibus de solariis honestis, discipulis de diligentia præmiis & stipendiis, sic excitabitur animus ad diligentiam & docentis & discipulis, o utinam inter fidei nostræ homines hoc observaretur plures sane in quolibet statu darentur docti quam dantur; testimonia de Scholis tam ex Vet. & N. T. vide Althus pol. cap. 28. de administrat. Eccl. esiat.

§. 59. 4. In Ecclesiæ, exercitij & usus publici cultus divini & scholarum conservatione ac defensione, hanc enim curam ad Magistratum pertinere plurâ scripturæ sacræ loca comprobant, Num. 27. 16. Psal. 78. 70. Esa. 44. 28. Exod. 12. 32. Jos. 5. 2, 2. Sam. 6. 10. 2. Chron. 30. &c.

§. 60. Consistit autem cura hæc & in conservatione & in defensione.

§. 90. *Conservatio veræ religionis & cultus divini est quæ vera religio pura conservatur & ad posteros propagatur, commode autem hoc fieri potest si visitationes scholarum & Ecclesiarum instituantur, quæ perquam necessariæ & fructuosæ, fit enim ibi examinatio inquisitio sciscitatio & exploratio de doctrina & vita Pastorum, qui si officio rite perfunguntur confirmandi, si exorbitent, Corripiendi & in veram viam reducendi sunt, exempla piarum visitationum vide, 1. Sam. 17. v. 16, 2. Par. 17. v. 7. &c.*

§. 61. Deinde pertinet etiam ad servandam religionem Synodorum & Conventuum convocatio, in ijs enim deliberatio potest institui de corrigendis ijs quæ in visitationibus deprehensa fuerunt vitiosa.

§. 63. *Defensio & protectio veræ religionis consistit in Ecclesiæ purgatione ab omni errore, idolotatria, hæresi, alijsq; impedimentis. vide ulterius hac de re Meisn. 3. part. phil. sobr. sect. 2. c. 2. q. 1.*

§. 64. Hic quæritur. 1. *An ad Magistratum politicum pertineat jus convocandi concilia & Synodos? Magistratus summa cura est ne hæreses & schismata in Ecclesiam inducantur & ita dissensionibus purus Dei cultus impediatur, exortis autem erroribus competit Magistratus eos componere & tollere quod nisi per concilia & synodos fieri poterit, E. ipsi concessio erit convocatio conciliorum, & hæc praxis fuit V. T. uti legere est, 1. Cron. 13. 12. & c. 23. 1. 2. Cron. 29. 4. huic respon-*

respondet praxis N. T. nam Concilium Nicenum primum indictum fuit à  
Constantino Magno; Constantinopolitanum à Theodosio Magno Seniore.  
Ephesinum à Theodosio Minore; Chalcedonicum à Marciano Imperatore;  
2- An heretici tolerandi? Dist.

Hæreticorum alij sunt *seducti*, alij *seductores*, *seducti* dicuntur illi qui  
ex imbecillitate iudicij ad stipulantur tantum, nec tamen alios deci-  
piunt, *Seductores* sunt qui falsa dogmata spargunt & propugnant  
pertinaciter, & hi committunt hæresin vel *simplicem* vel *cum blasphem-*  
*ia conjunctam*, simplex iterum duplicis poterit esse generis, *primâ*  
*quæ fundamentum fidei convellit* ut Arianismus & similes, *secundi ge-*  
*neris* quæ etsi in quibusdam fidei articulis erret tamen fundamentum fi-  
dei non evertit ut Novationorum hæresis, cum *blasphemia conjuncta*  
*dicatur illa quæ voluntariâ malitiâ blasphemias in Deum disseminat, tur-*  
*bas excitat & in Magistratum armas*, hujusmodi hæretici, vitâ privandi  
**monitore** Deo Lev. 24. v. 26. hujus rei habemus exemplum in homi-  
ne isto Diabolico ac blasphemio ante biennium Regiomonti Prof-  
sorum ob blasphemiam qua se Deum esse blasphemavit, igne con-  
cremato, *seducti*, rectius sunt informandi ac instruendi, *seductores*, &  
quidem primi generis exilio & carcere sunt puniendi, *posteriores ge-*  
*neris* hæretici si convicti sunt ab Ecclesia neq; tamen resipiscunt,  
sunt excommunicandi ne alios inficiant, non tamen interficiendi  
ut Papicolæ qui nullo habita hæreticorum distinctione quosvis à  
religione Romana alienos sive *doctores* sint sive *simplices laici* abri-  
piunt & pœnâ capitali mulctant, cum tamen expressè Christus jusse-  
rit crescere Zizania simulac triticum usq; ad Messum Matth. 13. v. 30.  
& Matth. 7. v. 15. & cap. 16. v. 6. 12. jussit quidem ut caveamus à  
pseudo prophetis & fermento falsæ doctrinæ, sed non jussit Pseudo-  
prophetas interfici.

§. 65. Absolutis omnibus definitionis partibus restat ut de fine  
aliquid agamus qui ex praxi causæ conservantis pullulat & fluit, si e-  
nim bona secundum leges fiat Reip. administratio subsequitur tan-  
dem finis, qui est: *publicum omnium & privatum singulorum subditorum*  
*commodum*, ut in definitione dictum, finem hunc indigitat D. Pau-  
lus Roman. 13. v. 4. cum ait, *Magistratus Dei minister est tibi in bo-*  
*num, id est, latius explicat his verbis: ut sub eo (Magistratu) quietam &*

1110

*tranquillam vitam agamus in omni pietate & honestate.*

S. 66. Divisio tandem Magistratus subjungenda venit; distinguitur autem Magistratus vel *ratione potestatis vel ratione numeri, ratione potestatis iterum est vel summus vel inferior.*

S. 67. *Summus est ipsa Majestas, & à Bodino l. 1. c. 8. p. 123. ita definitur: Est summa in cives legibus absoluta ac perpetua potestas, cum ergo alterius juri non subest merito Papam excludit, hinc saepe apud Thuanum legitur quod Rex Galliae nullum superiorem agnoscat in temporalibus & Bodin. l. 1. p. 219. inquit Philippum Augustum aperte declarasse: se nullius aut Pontificis aut Principis imperio teneri.*

S. 68. *Inferior est Instrumentum gubernationis alterius potestatis subiectum.*

69. *Ratione forma gubernandi Magistratus dividitur in Monarchicum, Aristocraticum & Democraticum. Monarchia ubi penes unum summa majestas Aristocratiā in qua optimates viri nimirum lectissimi & prudentissimi equaliter Reip. clavum tenent. Democratia ubi universus populus imperium seu Magistratum obtinet, solet autē Monarchia ob ambitionem ex nimia potestate accidentaliter fluxam degenerare in Tyrannidem ubi utilitas subditorum nō spectatur sed potius evertitur, talis Tyrannis sub Eufryde Aegypto extitit: qui hospites suos immolare est solitus, Alexandro phere eo qui alios defodere alios pro ludo peltibus reos aprorum & ursarum venaticis canibus immisos discernere & conficere jaculis est solitus Jun. l. pol. q. 2.*

70. *Aristocratiā oppositam habet ὀλιγαρχία ubi non ampliores aut praestantiores sed opulentiores Remp. administrant, ex Democratia ex λοξεγεία perversa fluit estq; nil aliud quam effusa populi potentia, vel potius furēntis ac turbulenta plebis impotentia, in qua statu regnorum major quam publicae utilitati habetur ratio, nilq; magis intenditur quam ut omnia furibunde pervertantur. hujusmodi Magistratus habuimus exemplum in Germania nostra aetate superiori Anno 1525. in tumultu Rusticorum Siebenthal. Disp. 6. S. 70.*

S. 71. *Hic quaeritur, 1. An omnium Rerump. Monarchia praestantissima. Aff. de hac quaestione non omnium eadem responsio pro omnibus enim speciebus multi pugnant politici, pro Monarchia faciunt plurimi, sciamus & nos, est enim status Monarchicus omnium anti-*

*antiquissimus* dicente Augustino 4. de Civit. Dei cap. 6. quod etiam antiquissimarum nationum exempla firmant sunt enim Babylonii Monarchia usque à Nimrod usque ad Nebucadnezarem, Persæ à Cyro ad Darium, usque; Macedones ab Alexandro Magno ad Persidem; Romani à Julio Cesare ad hodiernum usque; diem & Ferdinandum tertium Imperatorem; & hæc Monarchia est ultima & durabit usque ad finem mundi uti legere est Dan. 7. hinc uterque Christi ad ventus ad hanc Monarchiam pertinet, Redemptionis ad initium, glorificationis ad finem, præterea status hic Monarchicus naturæ maxime conveniens est, Mundi siquidem dispositio ab uno Rege & gubernatore DEO regitur, unus sol diei præ est, luna itidem una noctis oculus si enim gemini forent soles periculum esset ne conflagarentur omnia in mundo, hinc Alexander Darij Legatis respondisse refertur: *Mundum non à duobus solibus sic nec à pluribus Magistratibus regi posse*, Schonborn. 15. pol. c. 1. imò in omni rerum genere conditarum unum quiddam eminere cernimus, quod cæteris ejusdem generis dignius, anima in homine tenet imperium, Leo inter quadrupedes inter aves Aquila, gruum volatus longiores non sunt sine dūce, sunt sub rege apes Jun pol. l. 1. q. 4.

2. *An status hodiernus Imperij Romano Germanici sit Monarchicus?*  
A. quamquam multas in hac opinione nobis habeamus adversantes, tamen in sententia vulgari à pluribus recepta persistentes pro Monarchia non tamen stricta sed legibus temperata pugnabimus, idque probatum damus, ex autoritate scripturæ Dan. 7. uti in præcedenti questione demonstratum, præterea Dan. 2. affirmatur tempore Regum istorum i. e. Monarcharum Christum nasciturum, jam vero Christus natus est sub Augusto Imperatore Romano E. sequitur eum esse unum & quidem postremum è quatuor Monarchiis, nostrum vero Imperium Romano Germanicum successit in locum pristini illius Imperij; subscribit tandem sententiæ nostræ ipsa praxis in Imperio Romano vicens, & adjuncta propria Monarchæ, hinc ergo cum competunt Imperatori ut etiam competunt, Monarchiæ propria, ergo merito appellandui Monarcha; Imperatoris siquidem Principes Imperij fidem & obsequium in solemnibus in auguratione præstare tenentur; Deinde Regale solium, sceptrum, Corona, pallium Regale, pomum

potum quod orbis figuram representat ipsi dantur ; indicat hoc  
præterea Magnifica oratio qua à principibus Cæsarea Majestas salu-  
tatur ; suadet hoc insuper etiam extrema appellatio quatenus videli-  
cet ab Imperatore ad nullum superiorem liceat appellare , plura de  
his Consultantur politici.

3. *An detur mixta Reip. species ?* Neg. si enim formam velimus  
considerare qualis sit tunc non attendere debemus accidentia com-  
munia, v. g. paupertatem , robur; neq; modum gubernandi qui  
diversus est à statu Reip. Bod. l. 2. c. 2 p. 295. neq; à quo exerceantur  
summa Majestatis jura ; sed debemus attendere à quo fluant omnia  
summa Majestatis jura & penes quem summa potestas sit, sic mixtum  
illud quod distinctam à cæteris speciem cõstituit, sanè nullo modo  
mixta Reip. dabitur species, quam ob causam eam etiam exclusam  
volumus confer. clariss. Dn. D. Laurenberg. in collegio  
privato polit. Cætera discursui reservabimus,  
tribuentes.

SOLI DEO GLORIAM.




Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.









tranquillam vitam agamus in omni pie

S. 66. Divisio tandem Magistratus subjun-  
tur autem Magistratus vel ratione potestatis vel  
ne potestatis iterum est vel summus vel inferior


S. 67. Summus est ipsa Majestas, & à Bodin  
finitur: Est summa in cives legibus absoluta ac p  
ergo alterius juri non subest merito Papam ex  
Thuanum legitur quod Rex Galliae nullum su  
temporalibus & Bodin. l. 1. p. 219. inquit Philip  
te declarasse: se nullius aut Pontificis aut Princ

S. 68. Inferior est Instrumentum gubernat  
subjectum.

69. Ratione forma gubernandi Magistratu  
cum, Aristocraticum & Democraticum. Monarchia  
majestas Aristocratia in qua optimates viri vimi  
xissimi equaliter Reip. clavum tenent Democrat  
imperium seu Magistratum obtinet, solet autem  
nem ex nimia potestate accidentaliter fluxam  
dem ubi utilitas subditorum non spectatur sed potia  
nis sub Busyrade Egyptio extitit: qui hospites suo  
Alexandro phere eo qui alios defodere alios pro luo  
& usarum venaricū canibus immisos discerpere  
solitus Jun. l. pol. q. 2.

70. Aristocratia oppositam habet & dicitur  
tes aut praestantiores sed opulentiores Remp. ad  
cratia ex loxogracia perverfa fluit estq; nil aliud  
dentia, vel potius farentis ac turbulent a plebis im  
egenorum major quam publica utilitati habet  
tenditur quam ut omnia furibunde pervertantur  
tus habuimus exemplum in Germania nostra  
1525. in tumultu Rusticorum Siebenthal. Disp.

S. 71. Hic quaeritur, i. An omnium Rerum  
tissima. Aff de hac quaestione non omnium  
omnibus enim speciebus multi pugnant poli  
ciunt plurimi, faciemus & nos, est enim status



the scale towards document

stati  
tingui  
ratio

ita de  
, cum  
e apud  
scat in  
m. aper  
ri.  
otestati

narchi-  
summa  
prudeti  
populus  
nbitio-  
yranni-  
Tyran-  
solitus,  
aprovū  
cultis est

amplis-  
Demo-  
puli po-  
uc statu  
gis in-  
agistra-  
i Anno

restau-  
tio pro  
chia fa-  
mnum  
anti-